21 l

Provinc. Reg. SS. Rosarii,

S. ORD. FF. PRÆDIC. IN GERMANIA INFERIORI.

Nos Fr. Ambrosius van den Elzen, Prior Provincialis

Provinciae Reginae SS. Rosarii, S. Ordinis Fratrum Praedicatorum,

IN GERMANIA INFERIORI,

R. REV. Dno P. H. van der Loo, Decano et Parocho in Hilvarenbeek, SALUTEM.

Auctoritate speciali, Nobis a Revmo Magistro Ordinis nostri J. M. Larocca delegata, declaramus Ecclesiam S. Petri ad vincula in Hilvarenbeek, in qua juxta diploma authenticum, a Revmo Patre J. M. Velzi 26 julii anno 1824 datum, erecta est Confraternitas SSmi Rosarii, habendam esse ut Sacellum Confraternitatis SS. Rosarii, et altare ejusdem ecclesiae, quod est ad ingredientis sinistram habendum esse ut altare praedictae Confraternitatis, cum omnibus privilegiis et juribus, quae hujusmodi Sacellum et Altare confraternitatis SS. Rosarii habere consueverunt. Non obstantibus quibuscumque.

Datum in Huissen, in Conventu nostro Reginae SS. Ros. die 24 januarii, 1889.

fr. A. van den Elzen, O. Pred. Prov.

Reg. fol. 418.

fr. Th. van den Acker, Soc. Prov.